Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36446
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift



INCIPIT · EXPLANACIO · SANCTI · IERONIMI · PBRI · IN · YSAIAM · PROPHETA · LIBRI · NUMERO · PII ·

Expletis longo vite tempore in duodecim ꝓphetas viginti explanationum libris · et in danielem tomis tribus · togis me virgo xpi eustochium transire adysaiam · et quod sancte matri tue paule dum viueret pollicitus sum tibi reddere · Quod quidem et crudi
virgo
tissimo fratri tuo pammachio ꝓmisisse me memini · Cumq; i affectu par sis · vmas presencia · Itaq; et tibi et illi pte reddo quod debeo · obediens xpi preceptis qui ait · Scrutamini scripturas et queite et inuenietis · et ne illud audiam ei in deis · Erratis · nescientes scripturas · neq; virtutem dei · Di enim iuxta aplm paulum virtus est deiq; sapiencia · et qui nesciat scripturas · nesciet dei virtutem · eiusq; sapienciam · ignorancia enim scripturarum ignorancia cristi est :—— Unde orationum tuarum fulturis · diuitio · que diebus et noctibus in dei lege meditatus · et templum es spiritus sancti · imitabor patrem familias qui de thesauro suo profert noua et vetera · et sponsam dicentem i cantico canticorum · noua et vetera fraterculis meis seruauit tibi · sicq; exponam ysaiam · vt illum non solum ꝓphetam · sed euangelistam et aplm doceam · Ipse enim de se et de ceteris euangelistis ait · Quam speciosi pedes euangelizantium bona · euangelizantium pacem · et adipem quasi adaplm loquitur deus · Quem mittam · et quis ibit ad ꝓplm istum? Et ille respondet · Ecce ego · mitte me · Nullusq; putet me volumis istius argumentum breui cupere sermone comprehendere · cui vniuersa dni sacramenta presens scriptura continetur · et natus de virgine emanuel · quam illustrium patrator operum atq; signorum mortuus ac sepultus · et resurgens a mortuis · et saluator vniuersarum gentium predicetur · Quid loquar de philosophis ethnicis et theologis? Quidquid sanctum est scripturarum · quantum potest humana lingua proferre · et mortalium sensus capere · isto volumine continetur. De cuius misteriis testatur ipse qui scripsit · Et erit vobis visio omnium sicut verba libri signati · quem cum dederint scienti litteras dicent · lege istum: